695. k. 8
6

Reverendiſſimi in Chriſto Patris

THOMÆ

Archiepiſcopi SANCTÆ CRUCIS in GOCTHAN PERSO-ARMENIÆ,

Peregrinationis ſuæ in *Europam*, Pietatis & Literarum promovendarum cauſa ſuſceptæ,

Brevis Narratio.

Una cum dicti Archiepiſcopi

AD

Sereniſſimam Magnæ Britanniæ *Reginam*

ORATIUNCULA, Ejuſque Reſponſo.

Accedunt de eodem Archiepiſcopo,

Teſtimonia ampla & præclara.

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO, MDCCVII.

Imprimatur,

AR. CHARLETT,

Pro Vice-Canc. OXON.

May 27. 1707.

ABHINC quadraginta circiter annis ego infra ſcriptus indignus ſervorum Chriſti ſervus, bonarum artium ſitibundus, cum duobus aliis in Chriſto confratribus & in *Aramæa* Eccleſia coalumnis Doctoribus conſilium inivi, ut quiſque noſtrum pro viribus ſuas porrigeret manus ad bonarum artium ſtudium in Majori *Armenia* promovendum & ſtabiliendum. Cum autem hocce inſtitutum ſine librorum copia haudquaquam perfici poſſet, ideo *Oſcanus* Archiepiſcopus *Sancti Sergii*, unus ex meis confratribus, anno 1665 *Amſtelodamum* eſt miſſus, qui Typographica inſtrumenta confici curaret. Poſt annos quinque (mortuo tertio ſocio noſtro) filium avunculi mei nomine *Matthæum*, mecum aſſumens & ad Archiepiſcopum *Oſcanum* tendere volens, anno 1670 ex patria profectus, tranſivi per *Ottomaniam*, & veni *Halepum*, ubi Archiepiſcopum *Oſcanum* ſe *Amſtelodamo Marſiliam* in *Gallia* contuliſſe audivi; quo & ego directe navi appuli, ipſique Archiepiſcopo avunculi mei filium tradidi, ut in arte Typothetica illum inſtrui curaret. Tunc perſpecta neceſſitate juvenes ex *Armenia* adducendi qui in *Europa* diſciplinis & bonis Artibus imbuerentur, conventum eſt inter nos, me debere in patriam juvenum accerſendorum cauſa reverti; & ſic anno 1673 ab unico confratre ſeparatus per *Italiam*, *Auſtriam*, *Poloniam* & *Valachiam*, *Conſtantinopolin* perveni; denique in patriam, ubi, quantum potui, vicinos notoſque Eccleſiaſticos, ut incepta noſtra adjuvarent, impenſe hortabar, oſtendens quantum exinde emolumentum Eccleſia noſtra perciperet, & quanto facilius eſſet nobis præ ceteris Orientalibus fructus ex *Europa* virtutibus & diſciplinis referta colligere. Cum autem ad rem tanti ponderis ſuſcipiendam conſentaneos non invenirem, neque quicquam proficerem, (huic enim deerat poteſtas, illi voluntas, alteri literarum cognitio) iterum ad longinquum & moleſtum iter me præcinxi, una mecum aſſumens duos meos conſanguineos juvenes, *Lucam* ſcilicet unius & *Michaelem* alterius fratris mei filios, cum quibus pedetentim ex *Armenia* anno 1679 ſum egreſſus; & è *Shamachi* per mare *Caſpium* tranſiens ivi *Haſhtarchanum* uſque, ut inde *Moſcuam*, & ſic in *Europam* venirem; ſed cum ulterius hac via progredi non daretur permiſſio, *Haſhtarchano* reverſus in *Shamachi*, hinc per *Georgiam*, *Ottomaniam*, *Thraciam*, *Hungariam* & *Poloniam* tranſiens uſque *Viennam* perveni. Audivi hic mortem Reverendiſſimi Domini *Oſcani* unici confratris mei & intimi amici; unde & mærore mortis confratris, & vaſtitate à me facti itineris, meaque provecta ætate ac ſolitudine perculſus, attonitus manſi, quid agerem, quove me verterem neſcius. Cum autem paululum reſpiraſſem, veni tandem *Venetias*, ibique curam fratruelium meorum *Armenis* mihi notis relinquens, ad avunculi mei filium *Marſiliam* perveni, ubi omnes res impreſſorias confuſas, diſtractas, & ſub aliorum dominium redactas vidi. Hinc *Matthæum* mecum aſſumens veni *Lisbonam*, & eum centenariis aliquot coronatis munitum cum mandato comparandi nova inſtrumenta ad libros imprimendos neceſſaria *Amſtelodamum* miſi. Ibi ille poſt adventum tres characterum ſpecies *viz. Textum*, *Median* & *Bourgeois* (ut vocantur) confici curavit, cum omnibus ad prelum & perfectam Typographiam requiſitis partibus. Ego interim *Lisbonæ* in *Portugallia* manſi, expectans uſque dum fratrueles mei curſum ſtudii complerent. Tandem anno 1688 completo ſtudii curſu *Lisbonam* ad me venerunt mei juvenes, quorum natu majorem *Lucam* nomine anno 1690 è

Portugallia Amſtelodamum miſi, qui curam rei Typographicæ haberet. Aſt minor natu *Michael* tale iter ſuſcipere renuens in *Hiſpania* voluit aliquot annos manere, artem Medicam diſcendi gratia. Tum ego poſt annos tres, iter ingreſſus verſus *Corunnam*, tranſivi in *Angliam*; inde *Amſtelodamum* in *Hollandia* anno circiter 1694 veni. Hic primo nonnulla perturbata & repugnantia à noſtratibus patienter ſuſtinui. Interim eodem anno 1694 Mappam totius orbis terrarum literis & charactere *Armeno* in æneis laminis inſculpi curam habui; deinde typis & ſumptibus meis libros numero tredecim edidi. Circa vero annum 1696 Deus novit quanta paſſus ſim à falſis & invidis fratribus, qui doloſe intendebant Typographica inſtrumenta vel à meis rapere manibus, ſicut illi poſt mortem Reverendiſſimi *Oſcani* in *Gallia* fecerunt, vel interrumpi & annihilari à me inceptum opus. Quadriennali ſpatio in Curia apud *Judices* me vexarunt, quo tempore plus detrimenti paſſus ſum quam in tota vita, ſive perditione temporis ſive exhauſto marſupio. Hinc primo incepi ſuccumbere debito. Tandem poſt tanta damna, placito Arbitrorum, debui adhuc adverſæ parti dare trecentos libros compactos & deauratos. Anno 1698 in *Armeniam* centenos aliquot libros mittere decrevi, quorum pretiis debitum meum ſolverem, & cum reſiduis libris & Typographicis inſtrumentis in patriam proficiſcerer, ut poſt tot tantaſque ærumnas in Chriſti vinea tandem cum quiete laborarem: ſed proh dolor! libri noſtri capti & perditi nunquam in *Armeniam* pervenerunt. Superveniente etiam hoc lamentabili bello, quod omnia conſumit, ſub tot calamitatibus exanimis fere ſuccubui; adeo ut in hac provecta, ne dicam ſemimortua ætate, neceſſitate coactus, anno 1706 26 die *Nov.* S. N. *Londinum* venerim, plurimos in mea Typographia meis ſumptibus impreſſos libros mecum aſſumens, ut hinc levamen aliquod oneris mei haberem. Hic primo Reverendiſſimos *Cantuarienſem* & *Eboracenſem* Archiepiſcopos, *Londinenſem* alioſque Epiſcopos viſi, illis offerendo libros aliquot. Placuit etiam Sereniſſimæ *Magnæ Britanniæ* Reginæ ANNÆ viginti libros à me accipere. His omnibus ſtatu meo cognito, 26 die *Martii* 1707 Reverendiſſimus Archiepiſcopus *Eboracenſis* curribus ſuis honorifice me duxit ad *Kenſington*, & in præſentiam Sereniſſimæ REGINÆ introduxit, ubi virtutes ejus & glorias cum fælici augurio æternæ vitæ prædicavi, manuſque illius oſculatus ſum; poſtea in domum ſuam adduxit, & in menſa laute & perhumaniter tractavit. Paucis inde diebus elapſis Clementiſſima & Gratioſiſſima REGINA me per manus ejuſdem Archiepiſcopi munere Regio honorari dignata eſt, cui ex animo æternum Regnum apprecor. Plures item Magnates & Domini, tum Eccleſiaſtici, tum Seculares, ſigna benevolentiæ & pietatis erga me exhibuerunt, quorum omnium me aſtrictiſſimum profiteor

THOMAS *Archiepiſcopus* Sanctæ Crucis
in Gocthan Perſo-Armeniæ.

Londini, Maii 22.
1707.

Moſt Gracious Queen,

'TIS with unſpeakable Joy, accompanied with awful Fear and Reverence, that I ſee my ſelf in the Preſence of Your moſt Serene and Gracious Majeſty. Being Your moſt Sacred Majeſty is by Your Name of four Letters a moſt Gracious Matron; By the four Crowns of four Kingdoms a moſt Potent Sovereign; By Your pious and Chriſtian Virtues a moſt Illuſtrious Example; By Your vigilant and maſculine Government a moſt Glorious Heroine; By Your excellent Command and willing Obedience paid thereto a moſt Happy Princeſs; By Your great Riches, and flouriſhing Forces, ample Glory, and the Virtue and Honour of Your Subjects, a moſt Bleſſed QUEEN.

I pray the Lord God, O moſt Auguſt Queen, that as He has bleſſed You hitherto with ſo great and happy Succeſſes, He may add yet greater and more deſireable for the future, That Your Majeſty's moſt Gracious Name may be in perpetual Honour amongſt all Nations.

May the moſt merciful God grant Your Majeſty, after this frail Life is ended, to live among the bleſſed Choir of the heavenly Hoſt, and with the bleſſed Spirits to enjoy the Divine Preſence and it's ineffable Glory to all Eternity. *Amen.*

I caſt my ſelf now at the Feet of Your Sacred Majeſty, moſt humbly beſeeching You to vouchſafe (for the healing of my Wounds) to aſſiſt me with Your Sacred and Royal Hand, and in my humble Perſon to honour my decay'd Nation of *Armenia*; That Your Majeſty's moſt Gracious Name and Glorious Fame may even in *Armenia*, as far as Mount *Ararat*, be in perpetual Benediction. Which I wiſh from the Bottom of my Heart, beſeeching the Almighty God to grant Your Majeſty a long and proſperous Life, and do with the moſt profound Reſpect bow my ſelf, being

March 20th. 1707.

Your Majeſty's moſt humble and moſt devoted tho' unprofitable Servant,

THOMAS Arch-Biſhop of *Sancta Cruz* in *Gotthan* in the *Greater Armenia.*

Her Majeſty's Anſwer.

I Thank you for the Preſent of your Books. God proſper your Deſign, which I think highly commendable, and ſhall be ready as far as lies in my Power to ſecond it.

Hodie xxx°. die menſis Octobris, anno MDCCV,

COmparebat coram me *Henrico de Wilde*, Notario Publico civitatis *Amſtelodamenſis* immatriculato, Reverendiſſimus Dominus THOMAS WARDAPIET, Archiepiſcopus *Sanctæ Crucis* in *Gocthan* Perſo-Armeniæ, qui coram me conteſtatus eſt, & dixit ſe abhinc decem annos, ab anno ſcilicet 1695, hic in hac urbe commoratum eſſe: & interea temporis in utilitatem & commodum populi ſui concinnaviſſe prelum; cum omnibus aliis neceſſariis inſtrumentis Typographicis ad libros, & tabulas Geographicas in Armena lingua imprimendas: in qua Typographia, ex quo illam erexit, etiam ſuis ſumptibus impreſſiſſe, vel imprimi juſſiſſe, ſequentes libros & Mappas Geographicas. Primo anno 1695. *Picturam totius orbis terrarum*, in majori forma æneis laminis inciſam per *Adrianum* & *Petrum Damianum Schoonebeeck* fratres. In eodem anno *Hiſtoriam originis progreſſus, & indolis nationis Armenæ*, Auctore *Moyſe* Grammatico *Armeno*, in Octavo. Anno 1696. Librum nominatum *Introductio ad Mappam*, per *Lucam Gregorii* fratruelem è lingua Latina in *Armenam* tranſlatum, in Octavo. Eodem anno Librum *de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis*, ab eodem *Luca* elaboratum, in Duodecimo. Anno 1697. *Kalendarium perpetuum*, ab eodem *Luca* elaboratum, in Duodecimo. Item, Librum nominatum *Theſaurus Mercatorum*, ab eodem ſupradicto, in Octavo. Anno 1698. *Novum Teſtamentum*, figuris æneis ornatum, & cum neceſſariis declarationibus ab eodem *Luca* auctum, in Duodecimo. Anno 1699. Librum intitulatum *Janua aurea pro juventute Armenâ*, per *Lucam Gregorii* compoſitum, in Octavo. Item, Librum *Quotidianarum precationum pro Armenis*, ab eodem *Luca* elaboratum, in Octavo. Anno 1702. Librum *Muſicalium cantionum Eccleſiæ Armenæ*, in Duodecimo. Item, Librum *de Meteorologia*, per *Lucam Gregorii*, in Octavo. Anno 1704. Libellum *de definitionibus Theologicarum rerum*, in Octavo. Anno 1705. *Breviarium* vel *Horologia Eccleſiæ Armenæ*, in Octavo. Item, Librum intitulatum *Manuductio ad Cœlum*, tranſlatum è Latina in linguam *Armenam* à *Wardano* Archiepiſcopo *Armenorum*, qui ſunt in *Polonia*, in Octavo. Hos omnes Libros, & Geographicas mappas cum omnibus inſtrumentis Typographicis, prædictus Reverendiſſimus Dominus THOMAS WARDAPIET, qui coram me comparuit, declaravit ſe amoris ſtudio & neceſſitatis commodo ſuæ nationis, ſuis ſumptibus curaſſe, & expreſſiſſe; præter Libros illos, qui aliorum ſumptibus in ſua Typographia ſunt expreſſi. Demum declaravit dictus Archiepiſcopus coram me, ſe velle cum omnibus inſtrumentis Typographicis, & Libris ac Typographis Conſanguineis, ad optatos patrios Lares redire ad illuminandos illos miſellos Chriſtianos, qui in tenebris & ſub jugo tyrannico jacent. De quibus declarationibus ſupra tactus Archiepiſcopus exhibuit mihi Notario, & teſtibus ſubſignatis, duas authenticas commendatitias, quæ de Typographia & zelo Chriſtiano hujus Archiepiſcopi atteſtantur: ſcilicet Clementiſſimi *Leopoldi*, ſuperatæ mortalitatis piæ memoriæ Imperatoris, ad diem 5. Septembris Anno 1697. *Viennæ*, & Auguſti *Hermani Frankii* Profeſſoris in Univerſitate *Hallenſi* apud *Magdeburgum*. Harum omnium rerum ut conſtaret veritas, prædictus Archiepiſcopus fidem noſtram & publicum inſtrumentum

ſtrumentum in hunc finem poſtulavit. Actum *Amſtelodami*, præſentibus *Michaele le Blon*, & *Cornelio van Born*, ut teſtibus requiſitis.

L. S. Quod atteſtor rogatus
H. D. WILDE
Notarius Publicus.

Nos Conſules & Rectores Civitatis *Amſtelodamenſis* notum facimus, univerſis & ſingulis quorum intereſt, *Henricum de Wilde*, qui præcedens inſtrumentum ſubſignavit, eſſe Notarium Publicum & Immatriculatum dictæ civitatis, cujus Inſtrumenta publica pro authenticis habentur, quibuſque talis adhibetur fides, qualis Inſtrumentis à Notario Publico confectis de jure competit. In quorum fidem præſentibus hiſce noſtræ ſolitum civitatis ad cauſas ſigillum impreſſimus die 9. Novembris 1705.

H. B^t. LESTEVENON
à ſecretis.

L. S. Civitatis Amſtelodamenſis.

At *Amsterdam*, *Nov.* 1. *Anno* 1706.

I *JOHN COCKBURN*, D.D. Minister of the *English* Episcopal Church at *Amsterdam*, do hereby certify and declare, that I have for some Years known the most Reverend THOMAS WARDAPIET, Abbot of the Order of St. *Anthony*, and Arch-Bishop in *Gotthan* of *Armenia*, as also *Lucas Nurigian* his Nephew. I have been present when the said most Rev^d. Arch-Bishop did officiate in the Chappel belonging to the *Armenian* Christians, and often have seen him receive the Honour and Acknowledgment of an Arch-Bishop from the *Armenian* Merchants in this place. I have had frequent Conversation both with the said most Rev^d. Arch-Bishop, and with *Lucas Nurigian* his Nephew, and I do verily believe them to be Persons of great Sincerity, Piety, and of a publick Spirit. They came hither to procure a Printing-press, and to get Types or Letters of the *Armenian* Character for Printing Books in that Language, to promote Piety and Learning in their own Country, where Ignorance very much prevails thro' the want of useful Books. Accordingly the said Printing-press has been employed divers Years here in Printing fair Copies of the *New Testament*, *Tho. à Kempis of the Imitation of Christ*, *The Hymns and Prayers used in their Church*, and some other Books useful to Learning and Piety, all which I have seen. But as this Undertaking has been very chargeable to the Good Bishop, so the last and present Wars have been very inconvenient to him, as they have occasioned divers Losses and Disappointments, hindering his own Return to his Country, and the safe easy Conveyance of the above-mentioned Books thither. One Adventure of them was lost by the taking of the Ship in which 'twas, and he is afraid to adventure more till a good Peace, left his whole design be marred and frustrated. By all which means this most Venerable Person is reduced to straits and difficulties, so that 'twould be piously and generously done in any to assist him, that his old Age may be supported, and that he may be able to carry on his charitable project.

AND because these things are not much known, neither can be made known by themselves to the *English*, seeing they speak not the Language; I have judged my self obliged to attest the truth of the premisses, which I do by affixing my Name and Seal to this, written by my self the day and place as above.

J. COCKBURN, D.D.

L. S.

May 21. 1707.

Sir,

THE *Armenian* Arch-Bishop, who comes with this, has been in *Holland* for some time printing several useful Books for his Country and in his own Language. He has a very good Character from all places where he has been, as Mr. *Cockburn* can well inform. Therefore I would intreat You to procure him a suitable Respect and Civility from the University. ———

H. LONDON.